



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

5. An & qualis causa ad indulgentias concedendas requiratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

perturbationem & grauamen subditorum, dare
turque locus præventioni; ita ut si subditi pro suis,
vel aliorum peccatis speciatim satisfacere inten-
derent, incerti essent, num forte Papaæ vel Præla-
tus, ipsis inscijs, & non consentientibus, fructum
omnem, vel partem eius alteri iam applicuisset.

6 Religiosus, qui contra præceptum Prælati fru-
ctum boni operis alteri applicat, licet malè faciat
(ea quod per obedienciam votum ita suam volun-
tatem superioris imperio subiecerit, ut iustum e-
ius imperium nihil licet velle possint) tamen ap-
plicatio valet, quia fructus & opera bona Reli-
giosi dum fiant, subiacent particulari dominio i-
psius; non enim ita Religiosi domini esse desinunt
suum liberorum actuum, sicut terrenarum sub-
stantiarum.

C V P. V.

*An & qualis causa ad concedendas indulgen-
tias requiratur.*

¶ Non tantum ut licet, sed etiam ut validè indul-
gentia concedatur, pia & rationabilis causa re-
quiritur, ratio est, quia minister non potest validè
remittere, aut dispensare iura domini sui, siue vo-
luntate eius rationabiliter præsumpta: Papa au-
tem, aliquique Episcopi dādo indulgentias pecca-
torum, dispensant in iure Christi ac Dei: partim
quia obligatio soluendæ pœnæ pro peccatis erga
Deum est: partim quia thesauris satisfactionum
sub Dei ac Christi tantum dominio, Ministrorum
autem

autem eius fideli dispensatione est. Ergo Papa & Episcopi validè non concedunt indulgentias, sine voluntate Dei, ac Christi, quæ nimis est, ut pœna secundum ordinariam iustitiae legem debita, non remittatur, atque thesaurus satisfactio- num non dispensemur in destructionem, sed in æ- dificationem, id est, ita ut ad maiorem Dei glo- riæ dispensatio cedat: hanc enim, vti Deus ipse in omnibus suis operibus intendit, Prov. 16. sic & Ministri eius intendere debent. Quæ ratio sumi- tur ex cap. 14. Matth. Quis, putas, est fidelis & prudens dispensator, &c.

N.B. Licet indulgentia spectata præcisè, vti est remissio pœnarum Deo debitaram, tantò maio- rem, eamque publicam causam requirat, quan- to maiori Communictati, vel toti Ecclesiæ con- ceditur, quam si particulari personæ, vel congrega- gationi concederetur, quatenus tamen conside- ratur cum opere pio simul imposito, per quod fi- deles ad publicas orationes, sacramentorum fre- quentationem, &c. alliciuntur, non parum lex hoc capite augetur causa indulgentiæ conce- dendæ.

Fieri solet, vt alij alijs plus de indulgentia V. C. plenaria consequantur, quia plus conatus & deuotionis adhibeat. Nam qui tepidè opus in- junctum peragunt magnam pœnam pro peccatis commissis debentes, in eo etiam tunc causâ tantæ remissionis ipsius respectum deficit.

Tametsi accidat, indulgentiæ concessionem propter defectum causæ irritam esse, aliæ tamen per accidens adiunctæ facultates, V.C. absolu-

B b b b s dia

di à reseruatis , eligendi Confessarium , dispensandi in votis , sicut in Iubilæo fieri solet , substi-
tunt , quippe eiusmodi fauoribus ex solo huma-
no iure pendentibus , ideoque liberè dispensatio-
ni Pontificis subiectos haud infirmantur . Quod
non intelligas , quasi dispensatio in votis sine iusta
causa ad libitum pontificis fieri possit , sed quod
potestatem ex causa rationabili dispensandi in
votis cuilibet arbitratu suo committere possit .

C A P. VI.

*Quænam conditiones requirantur in eo , qui indul-
gentias lucraturus est .*

¶ **I**NDULGENTIÆ propriæ tantum dantur Christia-
nis baptizatis , utpote super quos Ecclesiæ tan-
quam membra iurisdictionem habet . Et tamen
probabile prodesse etiam Catechumenis per mo-
dum suffragij , cum Catechumeni reuera per fi-
dem & charitatem Christo vnit , sint aliquo mo-
do membra Ecclesiæ .

2 Cum homo indulgetiam lucraturus est , (præ-
considerato , quod debeat esse subditus conce-
dentis , & non excommunicatus maior) etiam in
gratia Dei esse debet . Ratio , quia reatus pœnæ
nunquam aufertur , nisi ablata culpa . Vnde seque-
tur non posse aliquem plenam omnium peccato-
rum indulgentiam consequi , nisi omni etiam cul-
pa veniali liber sit , nam alioquin homo , quamvis
iustus , non consequetur indulgentiam pœnæ ijs
venialibus peccatis respondentem , quibus ad-
huc